



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITVTIONVM IVRIS CA-NONICI LIBRI QVATVOR.

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

De his qui potestatem habent ordinandi, uel literas commendatitias dandi.
iiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

De his, qui potestatem habent ordinandi, & literas commendatitias, seu dimissorias dandi.

Tit. IIII.



Ordines igitur suprascriptos assignandi potestas penes Episcopos est, qui tamen caueant, ne in alienam messem falcem immittant, alienos subditos ad ordines promouere, sibi arrogantes licentia ab eorum Episcopis non habita, nam, si hoc admiserint, totum annum ad ordines quempiam cooptandi potestate interdicti erunt, quare vulgata poterunt eorum subditi etiam sine venia à vicinis Episcopis ordinibus associari. a Episcopo autem quis tribus modis subesse potest, origine, sacerdotio, & domicilio. b

a c ii. de
temp. ordi.
in vi.
b c. cum
nullus. ibi
dem.

Cæterum alij prælati Episcopis inferiores tam religiosi, quam seculares, putà Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi non possunt clericis subditis suis potestatem facere alienos Episcopos adeundi, vt ab eis ad or-

LIBER PRIMVS. 25

ad ordines promoueat̃ur, nisi hoc pri- *c d.c. cum*
uilegium speciale eis à summo Ponti- *nullus. vbi*
fice concessum sit. *c* *glo.*

Nec officiales Episcopi literas com-
mendatitias dandius habent: nisi man-
dato speciali à suo Pontifice hoc iuris
habeant: vel nisi Episcopus in oris agat
longinquis: tunc enim eius vicarius ge-
neralis in spiritualibus commendati-
tias literas dabit. at si inter regnum sit,
capitulum, vel his ad quem sede va-
cante spiritualium deuoluta fuerit ad- *d d c. cum*
ministratio, huiusmodi literas con- *nullus.*
cedent. *d*

Presbyter quoque qui Episcopalem *e c. cū con-*
in laicos habet iurisdictionem, & Ab- *tingat. vbi*
bas Presbyterorum ordini associatus, *Ab. de eta.*
& benedictionis munere donatus, pos- *et qual. c. i.*
sunt psalmistas creare. *e* *vbi glo. di-*

Præfecti locorū non exemptorum, *stin. lxxix.*
eorumq; socij ab Episcopis promoue-
ri possunt, quorum in diœcesi resident, *f d.c. cum*
quamdiu ibi morantur, quamuis inde *nullus. §. si.*
oriundi non sint. *f* *g c. cum se-*

Græci à Latinis, & versa vice, vbi *cundum. c.*
eorum ritus differunt, ad ordines pro- *quod ad*
uehi non possunt, ne rituum fiant com- *translatio-*
mixtiones. *g* Sed in cōcilio generali In- *nē. de temp.*
nocētiano prouisum est, vt Episcopus, *ordi.*

B qui

26 INSTIT. IVR. CANO.

qui varios linguis, & ritibus populo
regit, viros idoneos præficiat, qui in
h. c. quoniã xta eorum ritus eis sacramenta eccle
in plerisq. siastica sufficiant, & diuina officia ce
de offi. ordi. lebrent. h

At si quis transalpinus ab Italo Epi
scopo ordinum consociationem postu
let, non debet eum Episcopus promo
uere, nisi vel à summo Pontifice spe
cialem licentiam habuerit, vel Episco
i c. i. vbi gl. pi, cui ille subest, literas patentes lege
ver. Italia. rit, quæ causam ad hoc idoneam testem
de tēp. ord. tur, quare ipse noluerit, aut non po
in vi. tuerit ad ordines petitos admittere. i

Non omittendū est eum, qui à sum
mo Pōtifice ad aliquem ordinem eue
ctus sit, non posse ad sublimiores ordi
nes pariter ab alio, quæ à summo Pon
tificis promoueri licentia ipsius summi
Pontificis non impetrata. k Non ideo
tamen ordinarij subtrahitur potestatis
l c. per tuas Episcopus aut magis proprio vocabulo
de maio. & cōsecrari dicitur, tametsi & hunc ordi
obedi. nem esse supradixerimus. de quo aliàs.

Qui promoueri ad ordines non possunt. Tit. V.

Non tamen cuicunque petenti est
supradictorum ordinum aditus
pate-